



## PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 11/03/I

B E A T I S S I M E P A T E R ,

Dominicus Carminati, O.F.M. Conv., Moderator Archiconfraternitatis S. Antonii, Defendens Carolus Belotti, O.F.M. Conv., Cappellanus, et Leonardus Di Ascenzo, Prior, Sanctitati Tuae reverenter exponunt: Statuta praedictae antiquissimae Archiconfraternitatis, ab Exc.mo Domino Marcello Costalunga, tunc Pontificio Delegato pro Basilica S. Antonii, die 22 Februarii 1994, comprobata sunt. Indulgenciarum donum ab Apostolica Sede olim concessum est. Nunc Rev.mi Oratores, una cum Exc.mo Domino Francisco Gioia, O.F.M. Capp., hodierno Pontificio Delegato, ex animo favente, necnon cunctis sodalibus eiusdem Archiconfraternitatis, humiles preces fidenter Sanctitati Tuae admovent, ut gratiam Plenariae Indulgenciae renovare dignetur: ita, procul dubio, sodales Archiconfraternitatis ad proprios spiritales fines attingendos iisque generosius semper inserviendum magis instimulabuntur.

Et Deus, etc.

Die 20 Ianuarii 2003

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, de mandato Summi Pontificis, benigne concedit Plenariam Indulgenciam, a praedictis sodalibus acquirendam, dummodo, suetis condicionibus (Sacramentali Confessione, Eucharistica Communione et Oratione ad mentem Summi Pontificis) rite adimpletis et excluso affectu erga quodcumque peccatum, emiserint vel renovaverint, saltem privatim, promissionem fideliter servandi propria Statuta:

1. die receptionis;
2. in sollemnitatibus Annuntiationis Domini (25 Martii); Immaculatae Conceptionis (8 Decembris) et Assumptionis B. Mariae Virg. (15 Augusti); necnon in liturgicis commemorationibus S. Antonii, presb. et Eccl. Doct. (die 13 Iunii) atque Translationis sacrarum eius exuviarum (die 15 Februarii); S. Francisci Assiensis (die 4 Octobris) atque Impressionis sacerorum eius Stigmatum (die 17 Septembris).

Praesenti **in perpetuum** valituro.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

*+ Aloisius de Magistris  
Arch. Tit. Novemp. Pro Paue. U.*

*Ioannesfranciscus Giotti, O.F.M. Conv.  
Regens*